Prof. Sandro Bertelli

Paleografia II_2019-20

Lezione_12

Coluccio Salutati

e la scrittura preantiqua

Tav. 127 – Esempio di litt. text. del Boccaccio


tro; ne uo tornar chesel martiro e dolce; la morte dee passare ogni altro dolce.

Chançone hor chesera dime nelaltro tempo nouello a dolce quando pioue amore interra datutti li cieli; quando per questi gieli amore e solo in me a non altroue; Saranne quello che duno huom di marmo; se in pargoletta fia per core un marmo;

Idem dantes de dominabus conqueritur de domina sua 10

Emmincresce dime si malamente chaltrettanta di doglia mi reca la pieta quantel martiro; lasso per che dolorosamente sente contra mia uoglia racogliere laer del seçaio sospiro; Entro quel cor che begli occhi ferro; quando gli aperse amor colesue mani; oime quanto piani soaui a dolci uerme sile uaro; quando egli mincominciaro; la morte mia che tanto mi dispiace; dicendo il nostro lume porta pace;

Noi darem pace al core a uoi dilecto; diceano agliocchi miei; que della bella donna alcuna uolta; Ma poi chesepper diloro intellecto; che per forza dilei; mera la mente gia ben tutta tol ta; Con lensegne damor diede la uolta; sichella lor uicto

per condurmi al tempo che mi sface

hic deficit unum metrum

Tav. 128

Autografo del Salutati in cancelleresca

BNCF Magl. XXIX.199



Tav. 129

Autografo del Salutati in *littera textualis* semplificata

London, BL Add. 11987



TAV. 130 – Particolari grafici





“s” finale di esecuzione allungata e dritta



Legatura & per “et”



“M” in forma capitale



“N” in forma capitale

Tav. 131

Autografo Salutati
BAV, Capponi 147



Tav. 132

Autografo Salutati
BAV, Capp. 147


95

Bonifatius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri .. Episcopo
Floren. Salutem et apostolicam benedictionem.. Gerentes in desideriis
cordis nostri quod hospitalia et alia pia loca sub bono et felici re
gimine augeantur illa talibus personis libenter committi volumus per
quas possessiones et bona ipsorum manutenere valeant ipsaque hospitalia
atque loca salubriter ac feliciter gubernari. Dudum siquidem per
nos accepto quod in civitate ac diocesi Pistorien. erant quamplures pri
ores et plebani ac rectores secularium parrochialiumque ec
clesiarum et clerici perpetui beneficiati in illis ac nonnulli ex cano
nicis et perpetuis capellanis maioris Pistorien. ecclesie dissolu
tam et minus honestam vitam ducentes et in eorum ecclesiis modicum
et non debito modo divinis officiis insistentes et alias easdem
ecclesias male tractantes quodque canonici maioris ecclesie constituti
ones bonas olim ibidem canonice factas observare non curabant
et quod licet in dicta maiori ecclesia non residerent nec divinis officiis
inibi interessent dummodo in dicta civitate essent presentes pro
inde grossos fructus et quotidianas consuetas distributiones
continue percipiebant ac si in ipsa maiori ecclesia personaliter
residissent et divinis officiis interfuissent et tamen propter
hoc quamvis etiam ex diversis aliis causis et aliquibus minus
iustis et rationabilibus eadem maiori ecclesie erant

Biblioteca Apostolica Vaticana ALL RIGHTS RESERVED

Tav. 133

Autografo del Salutati
BAV, Capp. 147



Queritis, clarissimi domini, quod ea que sentimus de processibus milicie gallicane, per nostras
debeamus excellentie vestre litteras intimare. Nos autem ut rem summam dimissis am-
bagibus expliceremus, breviter iuxta magnitudinem materie ~~ad curabimus et~~ quod queri-
tis curabimus explicare. Non enim decet multis attediare sermonibus viros quales
vos estis, non solum de sue rei publice salute sollicitos, sed circa totius orbis
negocia plurimum occupatos. Superatis igitur montis Appennini iugis, que quondam
aceto traditur Hanibal perfregisse, dux Andegavie, ducatus Calabrie titulum preferendo,
XXII Iunii cum permisso exercitu copioso ~~nimium~~ intravit Italiam, deinde quoque passu lentissimo
procedendo, recepta pro primogenito suo in uxorem legitima filia magnifici domini domini
Bernabovis, quinta die Augusti Bononiensium fines applicuit, et die nona, pero-
cum exercitu toto territorium petiit Imolense, et nunc iuxta vulgatos progressus eorum
Faventinorum limites et Emilie fine credit insidere. Mox quoque sicut publica fama refert
Flaminie sunt, que et pentapolis dicitur, Arimino et aliis maiorum urbium coloniis
~~frequentes~~ nobilem intraturi. Certa preterea cunctos tenet opinio, collecta crebris
locutionibus eorundem, ipsos per Picenum que Marchia dicitur, deinde per Sannites et Apulos
Neapolim profecturos, nisi forsan regius apparatus cogat ipsos consilium immutare.
Multa relata sunt, quod comitem Albericum, dominum Guillelmum Filibach et alios plures
in Italia militantes ad sua debeat stipendia recepisse. Hucusque tamen suis confidens nullos
voluit acceptare. Desiderat scire vestra claritas magnitudine et qualitate exercitus.
Numerus equorum et gentium magnus est. Et si cuncti forent in armigeris maiora
iacerent, ascenderent ad sedecim milia pugnatorum. Magna tamen pars inermis est, et
argenteis vasis quam telis instructior. Nec in tanta multitudine tria milia credunt
hostibus congressura. Magnoque sicut experti rei militaris iudicant periculo subiacet
ne fuga imbellium certos in exitum trahat. Hec habemus de Gallicorum exercitu, qui
hucusque nullis hostiliter nocuit, que possimus vestre magnitudini referare.
Ad reliqua vero, cum vir ... ad nos transmisimus oratorem, satis erit quod
illo referet viva voce. Datum Florentie XXII Augusti V indictione MCCCLXXXII